

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Gloria eterna x  
cum fonte primo

Regnum celorum non est dantis sed accipientis. Non est enim personarum acceptio apud Deum, sed quicumque se talem prebuerit ut regno celorum dignus fiat; hic accipiet quod non persone sed uite paratum est.

Ieronymus super Psalmum LXVIII.

Regnum caelorum non est dantis sed accipientis; non est enim personarum acceptio apud Deum (Act. 10:34), sed quicumque talem se praebuerit ut regno caelorum dignus fiat, hic accipiet quod non personae sed uitae paratum est; si itaque tales estis qui consequamini regnum caelorum quod Pater meus triumphantibus et uictoribus praeparauit, uos quoque accipietis illud.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii in euangelium Matthaei*, 3 (CCSL 77, D. Hurst & M. Adriaen eds., pp.178-9, ll.1084-1089).